



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

De Aureolo, X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

Postumius & Aureolus, qui omnes in imperio interempti sunt, quum mererentur imperium. Mirabile autem hoc fuit in Valeriano principe, quod omnes quoscunque duces fecit, postea militum testimonio ad imperium pervenerunt: ut appareat senem imperatorem in deligendis Reip. ducibus talem fuisse qualem Romana felicitas, si continuari fataliter potuisset, sub bono principe requirebat. Et utinam vel illi qui arripuerant imperia, regnare potuissent, vel ejus filius Gallienus in imperio diutius non fuisset, ut libere se in suo statu Resp. nostra tenuisset. Sed nimis sibi Fortuna indulgendum putavit, quæ cum Valeriano & bonos principes tulit, & Gallienum diutius quam oportebat, Reip. reservavit.

DE AUREOLO, X.

Hic quoque Illyricianos exercitus regens in contemptum Gallieni, ut omnes eo tempore, coactus à militibus, sumpsit imperium. Et quum Macriaus

vir iste promotus est, sed à patre ejus Valeriano, ut & Claudianus, & Macrianus.

GRUTERUS.

3. *Ut & Claudius.] Sic Palat. prius cæsi verbis inverbis, Et ut Claudius. 1 Vel ejus filius in imperio.] Editiones alia, filius Gallienus in imperio. sed non ea vox in Pal. neque requiritur.*

SALMASIUS.

2. *Ut libere se in suo statu resp. nostra tenuisset.] Liberam securamque in suo statu lectionem hanc manere sivilsem, si librorum eam confirmasset auctoritas. sed cum eam libri nostri non agnoscant, facile sum impulsus ut controversiam illi status moverem. Palatinus pro, ut libere, habet, ut libet. torum hunc locum igitur sic lege: & utinam vel illi qui arripuerant imperia, regnare potuissent, vel ejus filium*

Gallienus in imperio diutius non fuisset, ut libet se in suo statu resp. nostra tenuisset. quod elegantissime dictum est. ut libet se tenuisset: id est, quantum libet, quantum voluisset, arbitrato suo.

CASAUONUS.

3. *Sed nimis sibi Fortuna indulgendum putavit, quæ c.] Similis Marcellini cum Fortuna expostulatio super amisso Juliano, & creato Joviano, lib. xxv. Tu, ait, hoc loco, Fortuna orbis Romani merito incusaris, quæ distantibus procellis Reip. excessa regimentu perito rei gerendæ ductori consummando juveni porrexisti: quem nullis ante actæ vitæ insignibus in hujusmodi negotiis cognitum, nec situperari est æquum, nec laudari. at melius Pollio cum infra in Odenato sic ait: Iratum fuisse Reip. Deum credo, qui interfecto Valeriano noluit Odenatum reservare. sed habent ibi veteres, irator s. deus.*



nus cum filio suo Macriano ¹ contra Gallienum veniret, ² cum plurimis exercitus ejus cepit: aliquos corruptos fidei suæ addixit. ³ & quum factus esset invalidus imperator, quumque Gallienus expugnare virum fortem frustra tentasset, pacem cum eo contra Postumium pugnaturus fecit, ⁴ quorum pleraque & dicta sunt & dicenda. Hunc eundem Aureolum Claudius interfecto jam Gallieno conflictu habito, ⁵ apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic, ut tyrannum, sepulcro humiliore donavit. ⁶ Extat etiam epigramma Græcum in hanc formam.

Donat

¹ *Contra Gallienum veniret cum plurimis, exere.]* Trahebat secum Macrianus XLV. hominum millia, ut paullo post dicitur. Sed legi malim, *contra Gallienum veniret, quam plurimos ex exercitu ejus cepit aliq.*

⁴ *Quorum pleraque & dicta sunt & dicenda.]* Non solum isto libro, sed etiam in vita Claudii, ubi multa quædam etiam Vopiscus in Aureliano.

⁵ *Apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur.]* Aurelius Victor victum, non occisum eo loci, neque à Claudio, sed à Gallieno. Aureolum, inquit, Gallienus apud pontem cui ex eo Aureoli nomen est, fufum acie, Mediolanum cœgit.

SALMASIUS.

² *Cum plurimis exercitus ejus cepit.]* Hæc non inrelligo, in vita Macriani scriptum est, Aureolum cepisse exercitus Macriani, ipsumque occidisse, qui cum XLV. millibus militum adversus Gallienum veniebat, igitur distingui placet: *quum Macrianus cum filio suo Macriano, contra Gallienum veniret cum plurimis, exercitus ejus cepit: aliquos corruptos fidei suæ addixit.*

³ *Et quum factus esset invalidus imperator.]* Et hæc prorsus intellectum, eaptumque meum superant, nisi sic emendentur: *quum factus esset hinc*

validus imperator. id est, quum Aureolus ex Macriani occisione, & ejus exercitus in suam potestatem redactione factus esset validus imperator. tringinta enim millia hominum ex Macriani exercitu in potestatem ejus concessere, quod cum valde validum fecit.

⁶ *Extat etiam epigramma Græcum.]* Pal. extitit etiam epigramma Græcum, at vetus editio: extat etiam nunc epigramma.

GRVTERVS.

⁶ *Extat etiam epigramma.]* Pal. Extitit etiam Epigramma. & vero id epigramma Græcum, omnibus numeris adhuc servatur in Inscriptionib. nostris antiquis, pag. CLIII. 2.

CASAUBONUS.

⁶ *Extat etiam epigramma Græcum in hanc formam.]* In hanc formam dixit pro in hanc sententiam. Invenimus hoc ipsum epigramma in veterum inscriptionum volumine: quod ut descriptum est à viris doctissimis è lapide qui est in agro Mediolanensi ita recitabimus.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΑΥΡΕΟΛΩ ΜΕΤΑ
ΔΗΙΟΝ ΑΡΕΑ ΚΑΙCΑΡ
ΤΑ ΚΤΕΡΕΑ, ΘΝΗΤΩΝ ΩC
ΘΕΜΙC ΕΝΔΙΔΟCΙ

TQ

Donat sepulcro victor post multa tyranni

Pra-

ΤΩ ΓΑΡ ΚΑΙ ΖΩΗΝ. ΑΛΛ' ΟΥΚ
ΕΘΕΛΗΣΕ ΦΡΟΝΗΜΑ
ΠΑΣΙΝ ΕΠΙΡΗΤΟΙΣ ΤΟΥ ΣΤΡΑ
ΤΟΥ ΑΝΤΙΒΙΟΝ
ΚΕΙΝΟΣ ΔΕ ΟΙΚΤΙΡΜΩΝ ΚΑΙ
ΩΜΑΤΟΣ ΕΣΚΑΤ ΟΠΙΖΩΝ
ΑΥΡΕΟΛΟΥ ΓΕΦΥΡΑΝ
ΣΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝΤΕ ΤΑΦΗΝ.

In his versibus quaedam sunt digna observatu. ENΔΙΔΟCΙ in secundo metri causa positum contra analogiam, pro *ειδιδωσι*. sic in aliis vocibus ejusdem verbi mutant in *ο* interdum poeta. ut in Argonauticis Orphei *δωκεν* pro *δωκεν* observabamus in illo versu,

Αὐτῶν παρκαλίσιω δῖκεν γόργος Ἡρακλῆϊ.

ubi tamen nihil erat quod vim faceret: cum posset *παρκαλίσιω δωκεν* vel *δωκεν*. & fortasse non aliter scripserat. in tertio scribendum ΓΑΡ. non enim *γδ* convenit *τῶ γ' ἀρ κζ ζαλι*. supple, *ἠθελεν ειδιδωσι*, cui quidem *ο* vitam concedere voluit. sequentibus verbis dicere videtur, Aureolum, ut erat ingentis spiritus vir, vitae precariae beneficium ultro sibi delatum, respuisse. hanc sententiam spondet verbum *Φρονημα*. sed quartus versus plane Oedipum desiderat: & videtur aut sculptus olim, aut nuper scriptus parum ex fide, sensus quem expressit Latinus interpres, Graecis verbis nullo modo congruit. In quinto scribendum, ΕΣΚΑΤ. *σώματι* *ἔφατ' οπιζων*. Latinus interpres ad verbum, *corporis ultima servans*, nempe jura. quam vocem pari licentia Latinus reticuit ac Graecus: quos equidem nolim hic imitari. sed ille grammaticus qui hanc transtulit, imperitissimus atque insulsiſſimus fuit, ut & Trebellius recte judicavit. quare patientiam illius mirari subit; qui tam ineptos versus fecit tanti ut eos putaret dignos qui hic legerentur. Nos vero priusquam in superius epi-

gramma Graecum incideremus, offensi ineptiis interpretis, pro malis & obscuris ejus octo versibus, totidem Graecos, si nihil aliud, certe perspicuos ac planos substitueramus. sunt autem isti.

Διτῶν νικῆσαι πολλῶ μετ' ἰωκῆν τύρηνον

Δωρεῖται τύμβῳ Κλαύδιου Αὐρεόλου.

Δῶρον ἄρ, κ' ἀμφοῖν οἷον θέμισ ἐστίν, οπιζων

ἠθέλεν οὐ ζῶειν ἢς ἐνεκ' ἠγορέης.

Ἡν δ' ἄρα ἐχ' ὄσον σώζεσθαι ἀπὸ θαλάσσης

Ἐξέσσετο πάντων δ' ἔξοχα Αὐρεόλου.

Τέθρυα δ' αἰδέσθεις νεκύων, τερψὺς ἠπιόμηνος.

Τῶ γὰρ φέρον τελέμει, κζ τῶ φον Αὐρεόλου.

GRVTERVS.

[*Donat sepulchro victor.*] Pal. stabilit lectionem olim receptam, *Dona sepulchrorum victor.*

CA SAUBONUS.

[*Donat sepulcro victor p.*] Ita scribitur hic locus in regio. nam alii libri, *Dona sepulchrorum*. quod cum nullam omnino interpretationem admittat, rejecimus. primam vocis *sepulchro* produci ab isto literatore magis mixari non debes, quam cum apud Prudentium legis *spiritus* prima correpta, vel *sacrificium* secunda longa, statim priore longa, apud alios, & id genus multa contra veterum observationem, apud recentiores poetas Latinorum. Sed cur prima vocis *sepulchrum* ab isto producat, & alia causa afferri potest. nam in multis antiquis libris non aliter scriptum invenias, nisi *sepulchrum*. hanc scripturam secuti sunt, qui producerunt: ut e contrario quia *sphera* scribebant pro *sphera*, Prudentius corripere in versu non dubitavit.

Pralia, jam felix Claudius Aureolum:

1 Munere prosequitur mortali, & jure superstes

Vivere

Cujus ad arbitrium sphaera mobilis atque rotunda.

similia his multa eruditus pridem notata.

SALMASIUS.

1 Donat sepulcro victor.] Ita placuit Casaubono τὸ πάλιν reponere ex suo codice Regio. cujus ego codicis fidem ita sublestam & male ambulantem, ut ait ille, tot locis rebusque sum expertus, ut nihil illi amplius credere aut fidere statuerim, præponderante præsertim meliorum librorum auctoritate qui omnes hoc loco unanimiter, *dona sepulcrorum*, retinent. sed mitto librarias auctoritates. connexus ipse orationis, & cohaerentia plane repudiat & respuit hanc, quam substituerunt, lectionem. sic enim procederet: *donat sepulcro Claudius Aureolum. munere prosequitur mortali.* nihil coheret, & bis eandem rem dicit. at ex illa antiqua scriptura omnium librorum editionumque, una tantum mutata littera veram lectionem mihi visus sum effecisse, legendo ac distinguendo ad hunc modum:

Dono sepulcrorum, victor post multa tyranni

Pralia, jam felix Claudius, Aureolum Munere, prosequitur, mortali, & jure superstes.

cujus hic ordo est & sententia: *Claudius victor post multa tyranni pralia jam felix, & jure superstes dono sepulcrorum prosequitur Aureolum, munere mortali.* Optime nos restituisse fidem facient Græca si cum his Latinis comparentur. *Claudius Aureolum dono sepulcrorum prosequitur,* Græca illa ita exprimunt: *Κλαύδιος Ἀυρέου τὰ κτεῖρα ἐνδίδου. τὰ κτεῖρα ἐνδίδου,* dono sepulcrorum prosequitur, ad verbum reddidit hic Grammaticus. at *munere mortali* dixit pro eo quod in Græco est, *Ἰνὸ τῶν ὠς ἡμῶν.* ut munus est mortali, ut lex est, ut mos est. fortasse etiam scripserat hic Grammaticus:

Munere prosequitur mortali.

more mortali, *Ἰνὸ τῶν ὠς ἡμῶν.* ultima enim syllaba in *more*, producitur propter duarum consonantium concursum initio sequentis vocabuli, quod apud Prudentium, & illius ævi poetas adeo frequens est, ut nihil frequentius occurrat. nihil tamen mutamus. nam idem fere sensus ex illa altera lectione aliquo modo potest elici. neminem autem movere debet syllaba postrema in voce *dono* ab hoc Grammatico correpta. plura enim & majora peccabant in pangendis versibus illius temporis de trivio versificatores. quod ex epigrammatis, quæ in his auctoribus sparsa leguntur per totam hanc Augustam historiam, facile potest observari. non igitur heic magis mirari debemus ultimam in *dono* brevem factam, quam in vocantes similiter correptam ultimam in illo epigrammate quod expressum de Græco à quodam ejus temporis versificatore, habetur apud Spartianum in Pescennio Nigro:

Hunc reges, hunc gentes amant.

vide quæ ad Alexandri vitam observavimus. nihil ergo verius, quam *dono sepulcrorum* heic legendum esse. pro quo *dona sepulcrorum* reposuerat Isidorus aliquis, dum versui hoc pacto consuli posse putaret.

CASaubonus.

1 Munere prosequitur mortali & jure superstes Vivere quem vellet.] Etiam Grammaticus solæcissat. nam *superstitem* flagitabat omnino ἢ ἡ λῶγος ἰσθῆτος: quem vellet vivere superstitem. sed puto scribendum esse *superstem*: quod licenter usurpavit iste pro *superstitem*.

SALMASIUS.

2 Et jure: superstes Vivere quem vellet.] Nullus heic solæcismus. & male hæc accipiunt eruditissimi homines. nam quod *superstitem* dici debuisse

Vivere quem vellet, si pateretur amor:

Mili-

buisse, & superstem pro superstitem legi debere contendunt, eo fatentur minime à se perspectam perceptamque esse huius loci sententiam, quam facile videre potuissent, si quam adhibuimus distinctionem, adhibendam esse cogitassent. *superstes* enim heic non de Aureolo, quem superstitem voluerit esse Claudius, sed de ipso Claudio capiendum qui superstes Aureolo fuit. quem Claudium ait victorem post multa prælia, & jam felicem, & jure superstitem Aureolo victo interfectoque honorem sepultura impertiisse. sic igitur erat interpungendum:

Munere, prosequitur, mortali, & jure superstes:

Vivere quem vellet, si pateretur amor

Militis egregii.

vivere quidem voluit Aureolum Claudius, & interfectum à militibus doluit, sed superstitem eum sibi esse nunquam voluit, nusquam opravit.

Jure superstes.] Et, *victor:* & jam *felix:* & *jure superstes,* insertæ sunt Latini interpretis, quas non habet Græcam epigramma. *jure superstes:* sic, *jure venerabilis* in Gallienis: sic *militibus sedatis* Claudius *vir sanctus ac jure venerabilis.*

CASAUBONUS.

Si pateretur amor Militis egregii.] Hæc in Græco epigrammate non invenies.

SALMASIUS.

Si pateretur amor Militis egregii.] Nescio quid sequutus interpretis amor heic reddidit quod est in Græco *Φρόνημα,* per *Φρόνημα* videtur intellexisse amorem benevolentiamque & affectum militum erga patriam & imperatorem suum: quo amore & affectu ducti omnes tyrannos oderant, & Aureolo quod tyrannus esset, vitam negaverant. *Φίλα Φρονείν* Græci dicunt, bene alicui velle. unde & *Φιλόφρον,* & *Φιλόφρων,* benevolens & a-

micus. sed *Φρόνημα* hoc sensu per se positum nondum legi, nec uspiam lectum esse arbitror. *Φρόνημα* igitur significat altum generosumque animum. fidelitatem autem exercitus eo nomine commendat quod infenso & hostili animo esset, adversus tyrannos & omnes *ἐπιρρήτους.* sic enim procedit orationis ordo: *ἀλλ' ὅτι ἐθέλησε Φρόνημα ἔσρατῆ ἀπίστον πάντων ἐπιρρήτοις.* tota ratione falsus est vir summus qui istorum verborum sententiam hanc esse putavit: Aureolum ut erat ingentis spiritus vir, vitæ precariæ beneficium ultro sibi delatum repudiasse. nihil tam contrarium auctoris menti. eam supra exposuimus, & in versione nostra expressimus. vetus interpret partim non intellexit, partim quæ intelligebat, infeliciter & inepte reddidit: nam dum à verbis Græcis longius discedit, verborum quoque sententiam pæne aliam videri fecit. Zosimus convenienter ad hujus epigrammatis mentem tradit infensos & iratos Aureolo milites *ἀφ' οὗ πάλιν ἀπέτασαν* eum interemisse: *ἀπὸ τῆς ἀπειθασιλείας ἐρατῶν τῶν ἀνταρτίων τῆς ἀφ' οὗ πάλιν ἀπέτασαν ἐχθρῶν ὀργῆ.* sed in hoc parum illi cum Trebellio convenit, quod scribit Aureolum de pace legatos statim ad Claudium, ubi eum imperatorem factum esse cognovit, misisse, & sponte se dedidisse, ibidemque in conspectu Claudii occisum esse à militibus iratis & infensis ipsi ob defectionem ac rebellionem. Trebellius vero heic narrat conflictu habito Aureolum à Claudio victum & à militibus interfectum, cum ei parcere & vitam largiri vellet Claudius. narrationem Trebellii veriorem esse & magis ex historia fide ostendit hoc Græcum epitaphium Aureoli tumulo inscriptum, ex quo plane licet colligere prælio cum Claudio commissò victum eum fuisse, & à militibus oc-

Militis egregii vitam qui jure negavit

Omni-

cisum. quid enim aliud hæc verba restantur aut clamant?

Κλαυδιος Αυρεολος μετ' ἄξιον ἄρεα
Καίσαρος
Τὰ κτερεῶν, θνητῶν ὡς ἔμελλε, ἐν
διδόσει.

CASAVBONVS.

[*Vitam qui jure negavit Omnibus indignis.*] Vide quomodo accipiat illud IACIN in quarto versu: de cujus obsecritate ante diximus.

SALMASIVS.

[*Vitam qui jure negavit Omnibus indignis.*] Aliter hæc ab interprete expressa, quam quomodo in Græcis concipiuntur. eandem tamen sententiam efficiunt. Græcus ait milites omnibus improbis ac sceleratis & probro coopertis vitis infensiores vitam Aureolo noluisse datam: hic vero dicit militem qui vitam semper omnibus indignis negavit, eam quoque Aureolo ut indignissimo negavisse. ita mentem potius quam verba expressit. alibi verba tantum sequitur, mentem relinquit. *vitam indignis negare* ita dictum ut *beneficium indignis negare*, *dignis dare*: intelligendum enim *beneficio*. sic in ista loquutione *vitam indignis negare*, subaudiendum *vita*: *indignis vita* scilicet. sic loquitur Plautus in Curculione:

Indignis si maledicatur, maledictum id esse duco:

Verum si dignis, benedictum est meo quidem animo.

& in Truculento: *dignis dant*. simile est illud in vetere ac vulgari dicto: *digna digni*: sic Sarmenus habeat *crassas compedes*. sic alicubi Ovidius, *indignum se mala multa perpeffum esse*: dicit: id est, immerentem & indignum illis malis quæ perpeffus est. eadem plane loquutio illa qua usus Antonius in edicto quodam, quæque ab Cicero reprehensa est: *an ulla contumelia est quam facit dignus?* id est, quam facit is qui dignus illa contumelia est. sen-

sus enim hic erat Antonii: contumeliam qua dignus afficitur, & quæ digno fit, non esse contumeliam. eadem loquutione & sententia Plautus plane dixit maledictum non esse cum digno maledicatur. sed illud Antonii, extra communem loquendi usum, quod *contumeliam facere*, dixit pro contumelia affici: cui simile tamen est, *damnum facere*, *jacturam facere*, pro damno & jactura affici. hæc vulgo non intelligebant homines in illis litteris primarii. ita igitur & hoc loco possumus indignos accipere qui vita indigni sunt. sed cum *indignos* vertent qui in Græco epigrammate ἐπιβροχῶσι dicuntur, atque ita ad verbum reddiderit, πᾶσιν ἐπιβροχῶσι, omnibus indignis, magis censeam indignos absolute ἢ ἐντελῶς appellasse, nullius dignationis homines, nullius pretii ac meriti, sed viles & probrosos & contemptibiles. qua in significatione ἐπιβροχῶσι Græcis. sic *indignos cantus* dixit Manilius:

— vestros extendere fines
Conor & indignos in carmine ducere cantus.

& sane cum *dignitas* à digno veniat quæ honorem & honestatem significat & meritum, quidni & *dignum* liceat appellare qui cum dignitate est, & qui alicujus dignationis est ac meriti? hujus contrarium erit *indignus* pro turpi & inhonesto, & nullius dignitatis pretiique homine, dedecore & probris cooperto. hac ratione *indignos* non male reddiderit heic interpretes qui in Græco sunt ἐπιβροχῶσι, de quibus nihil boni dici potest, sed in quos omnia maledicta probraque dici conveniat. præter Tyrannidis & imperii usurpati crimen, moribus etiam ac vita turpem ἢ ἐπιβροχῶν Aureolum fuisse indicat Trebellius in Claudio his verbis: denique *judicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vita ac moribus suis habuit.*

P. 108

Vitam qui jure negavit Omnibus indignis, & magis Aureolo.] In Græco epigrammate verba quibus hoc dicitur, corrupta leviter esse videntur. ita enim vulgo perscripta habentur in antiquo libro Inscriptionum:

ΤΩ ΓΑΡ ΚΑΙ ΖΩΗΝ. ΑΛΛ' ΟΥΚ
ΕΘΕΛΗΣΕ ΦΡΟΝΗΜΑ
ΠΑΣΙΝ ΕΠΙΡΗΤΟΙΣ ΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΟΥ ΑΝΤΙΒΙΟΝ.

nec mirum si hoc modo descripta Oedipum desiderare doctissimo viro visa sunt. ego ille sum Oedipus qui litteram unam deesse facile divinavi, vel illam temporis injuria ac vetustate in saxo ipso exesam, vel eorum, qui primi illud epigramma è lapide descripserunt, negligentia omisissam. pro ΕΠΙΡΗΤΟΙΣ igitur scribendum fuit, ΕΠΙΡΗΤΟΙΣ, hoc est, επιρητήτοις, sed & επιρητήτοις scribi potuit pro επιρητήτοις. totum epigramma placet adponere, ut quomodo legendum distinguendumque sit, melius possit constare:

Κλαύδιος Αὐρέολος μετ' ἡμῶν ἄρσα,

Καίσαρ

Τὰ κτεῖρα, θνητῶν ὡς ἴμεν, εὐ-
δοξοῦσι:

Τὴν γὰρ καὶ Ζωὴν ἀλλ' οὐκ ἐθέλησε
Φρονήμα

Πᾶσιν ἐπιρητήτοις ἔπρατ' ἀπίθειον.

Κεῖνος δ' οἰκτιρῶν καὶ σώματι
ἔχασ' ὀπίζων

Αὐρέολος γὰρ φέρον εἶσαρ τῶν τε τε-
φλῶν.

omnia jam aperta & clara in hoc epigrammate, nihil occultum & obscurum. tota obscuritas hærebat in illa voce επιρητήτοις vel επιρητήτοις: quam minime intellexit vir incomparabilis qui vitiose & parum ex fide descriptam eam esse existimabat. sensus igitur hic est illorum verborum: Claudius Imperator Aureolo victo occisoque iusta exequiarum fecit, & sepulchrum dedit: hic enim vitam dedisset, sed milites voluerunt, qui omnibus probrosi & infamibus tyrannis semper infesti insensique, Aureolum injussu Claudii interfecerunt. επιρητήτοις probrosam, inhonestam & vi-

tuperio dignum significat. Glossa: probrosus, ἐπονείδιστος, επιρητήτοις.

Hesychius: επιρητήτοις, ἀκαθάρτων, ἐπιψορῶν. επιρητήτοις, ἐπὶ κακῶν λεγόμενος, ἐπ' ἀκαθάρτην. inde επιρητήτοις τήναι Xenophonti, αἰ βασιλευσῆς & minus honestæ. historiam autem quæ in hac inscriptione continetur de Claudio qui Aureolum servare voluit nec potuit, quod militum animos infensiores habuerit defectionis causa, à quibus propterea occisus est contra voluntatem Claudii, cum ei se tradidisset, sic confirmat Zosimus: Αὐρέολος ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἔζητο τὸ Γαλλίω δ' ἐκείνου ἐκείνου ἐξουσίας, ἐπεκρηκόμενος τε πρὸς Κλαύδιον καὶ ὠφθαλμὸς ἐκείνου ὑπὸ τῷ βασιλεῖα Γαλλιωτῶν ἀναίρεται τῇ Διότῳ τῶν δόξων ἐκείνου ὄργη. non meminit conflictus quem Aureolum cum Claudio habuisse heic refert Trebellius. nec mentio apud Trebellium hoc loco legatorum de pace ac fœdere ex parte Aureoli ad Claudium missorum, ut memorat Zosimus. in vita tamen Claudii scriptum idem Trebellius reliquit, Aureolum conflictu habito supplicentem & fœdus petentem à Claudio repulsam esse. ita enim scribit: his accedit quod rogantem Aureolum & fœdus petentem gravis & ferus imperator non audiret tali responso repudiatum: hæc à Gallieno petenda fuerant qui consentire moribus poterat, & timere. sic legi debet locus ille. quod autem de similitudine & consensu morum Gallieni Aureolique ibi dicitur, moribus & vita turpem fuisse Aureolum arguit. quod confirmat & vox επιρητήτοις de illo intelligenda in hoc epigrammate Græco. cujus epigrammatis versionem nobis ex tempore, dum calamus in his commentandis & enotandis curris, effusam non pigebit heic adscribere. nec enim peior est illa veteri eujusdam Grammatici, quæ tamen Trebellio digna visa est quam suæ historię insereret:

Claudius Aureolo post martia prelia, Ca-

Hums-

Omnibus indignis, & magis Aureolo.

Ille tamen clemens, ¹ qui corporis ultima servans,

² Et pontem Aureoli dedicat & tumultum.

Hos ego versus à quodam grammatico translatos ita posui ut fidem servarem: ³ non quo melius non potuerint transferri, sed ut fidelitas historica servaretur, quam ego præ cæteris custodiendam putavi, qui id quod ad eloquentiam pertinet, nihil curo. ⁴ Rem enim vobis

*Humana ut lex est, debita iusta dedit.
Huic vitam & voluit: diris infensa Ty-*

ramis

Militis haud potuit mens generosa pati.

Hinc pius, atque suo cineres dignatus ho-

nore

Aureoli pontem condidit, & tumultum.

CAS AUBONUS.

¹ *Qui corporis ultima servans.] Am-*
miianus Marcellinus non dissimiliter
suprematis honorem vocavit, libro
xxxii. Illud certum est, nec Scipioni nec
Valenti sepulturam, qui suprematis honor
est, contigisse. Tacitus sexto Annalium,
humane sortis commercium.

² *Et pontem Aureoli dedicat & t.] Lib-*
er Puteani Aureolo. sed & Græcus
poëta dixit ΑΥΡΕΟΛΟΥ.

⁴ *Rem enim vobis proposui de ferre, non*
verba.] Vide in extremo hoc libro.

SALMASIUS.

¹ *Qui corporis ultima servans.] Ad*
verbum voluit exprimere illud Græci
poëta:

Καὶ σῶμα ἔχαλ' ὀπίζων.
voluit sed non præstitit. nam servans
hoc loco non idem est quod ὀπίζων.
quid autem est, corporis ultima ser-
vare: ὀπίζων significat curam gerere, re-
spectum habere, revereri, ὄπισ, cura & re-
spectus. hinc Ὀπίς, Ουπίς & Ὀπίς
Nemesis, quod rerum humanarum
curam agat. τὰ ἔχαλ' Græci de mor-
te dicunt.

Mors ultima linea rerum.

unde ἐν τοῖς ἐχάτοις εἶναι, καὶ αὐτῶν
τοῖς ἐχάτοις, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς,
qui in eo sunt ut extremam illam li-
neam tangant: qui in extremis sunt.
hinc τὰ ἔχαλ' ὀπίζων. fortasse et-
iam ita vocet sepulturam & inhumationem
corporis, & extrema exequi-
um officia quæ mortuis exhibentur.
supremum honorem vocat Virgilius
& suprema absolute:

qui supremum comitentur honorem.
suprematis honorem, Ammiianus: illud
certum est nec Scipioni nec Valenti sepul-
turam, qui suprematis honor est, contigisse.
suprematatem ibi appellant, qua heic
poëta ἔχαλ' ὀπίζων. licet etiam
heic τὰ σῶμα ἔχαλ' de cineribus,
& reliquiis accipere, quo sensu
suprema non semel ponit Ammiianus.
lib. xxi. inter qua Helena conjugi de-
functæ suprema miserat Romam, in subur-
bano via Nomentana condenda. & lib.
xxii. iisdemque cadaveribus subito igne
crematis, cineres projecit in mare, id in-
tens, ut clamabat, ne collectis supremis, a-
des illis extruerentur, ut reliquis. & l. xxv.
cum Juliani supremis Procopius mittim,
ea, ut superstes ille mandat, humatum
in suburbio Tarsensi. & paulo post: ce-
jus suprema, & cineres, si quid tunc iuste
consuleret, non Cydnus videre deberet,
quamvis gratissimus amnis, & liquidus.
hoc eodem sensu τὰ σῶμα ἔχαλ' ὀπίζων
accepimus, dum cineres vertimus.

³ *Non quo melius non potuerint trans-*
ferri.] Non quo melius potuerint transferri.
Ral. & v. ed.

vobis proposui deferre, non verba: ' maxime tanta rerum copia, ' ut triginta tyrannorum simul vitas scribendas accesserim.

'DE MACRIANO, XI.

C Apto Valeriano, diu clarissimo principē civitatis, ¹² fortissimo deinde imperatore, ad postremum omnium infelicissimo, vel quod senex apud Persas consenuit, vel quod indignos se posteros dereliquit, + quum Gallienum contemnendum Balista præfectus Valeriani & Macrianus primus intelligerent, quærentibus etiam

¹ *Maxime tanta rerum copia, ut triginta tyrannorum simul vitas scribendas accesserim.*] Hæc postrema verba, in libris omnibus, nulla comparent. sententia vero hujus loci cum his verbis etiam nulla est. nec eam multum adjuvat, *susceperim, quod pro accesserim* reposuit Casaubonus. detractione igitur non additione sanandus hic locus ad hunc modum: *rem enim vobis proposui deferre, non verba, maxime tanta rerum copia, ut in triginta tyrannorum simul vitas. ita ne una quidem littera minus antiqui scripti editique mens Trebellii hæc est; non eloquentiæ studuisse in hac historia scribenda, sed fidelitati tantum, & id propositi habuisse, ut res ipsas nudas potius, quam verba exquisite adfectata poneret. maxime, quum rerum, quas adgressus est tractare, copia ea sit, ut verbis eam augere velle & amplificare non sit necesse: triginta enim tyrannorum vitæ simul conscriptæ satis magnam rerum copiam subministrant, ut propterea verbis multis superfedere sit satius, & res solas simpliciter referre, quam diserte omnia & ornate litteris mandare. mira autem brevitate hanc sententiam his tot verbis expressit, maxime tanta rerum copia, ut in triginta tyrannorum simul vitas, hoc est, maxime tanta rerum copia, quæ est, vel quanta esse potest in*

triginta tyrannorum simul junctorum vitis. quæ loquendi forma, Græcismum plane respicit.

⁴ *Quum Gallienum contemnendum Balista præfectus Valeriani, & Macrianus primus intelligerent.*] Quid heic facit primus? aut quare primus Macrianus contemnendum Gallienum intellexit? Palatinus cum veteri editione, *primus dum*, legunt. conjectura mea non vana est corrigentis: & *Macrianus primus ducum*. sic Saturninus, *optimus ducum*, infra dicitur. quare *primus ducum* sit dictus, potest ex iis quæ de eo tota hac vita narrantur cognosci.

CASAUBONUS.

² *Ut triginta tyrannorum vitas simul scribendas accesserim.*] Non est Latina dictio: nam *susceperim* postulat sententia. abs regio duo postrema verba absunt.

³ *DE MACRIANO.*] Fuse omnia de isto auctor libro superiore. Zonaras semper Macrinum appellat patrem, filium Macrianum.

GRUTERUS.

² *Ut triginta tyrannorum simul vitas scribendas accesserim.*] Pal. ut in triginta tyrannos, simul vitas, suppressis duabus vocibus sequentibus.

⁵ *Et Macrianus primus intelligerent.*] Pal. *primus dum* intell.

v. Verba